

sic agi posset. Sumeretur proportio eccentrica.  $\ddot{\Sigma}$  ad distantiam mediam à  $\odot$  pro certa, ut quia in Copernico distantia (sicut vides in tab. V. Cap. XV.) longissima est 488. breuissima 231. media igitur erit 360. & crassities tota 257. Hæc iam crassities corrigeretur proportionaliter, ut quia circulus octaedri pro 488. numero Copernici largitur non plus 474. ergo crassities erit in hac proportione 250. & media correcta distantia 349. Iam vide, quid orbis in Octaedro admittat, scilicet 387. Differentia igitur inter 387. altissimam orbis, & 349. medium est 38. & duplum 76. crassities orbis ad modum cæterorum, maior quidem adhuc quam Veneris, sed tamē non ita immanis. Reliqua differentia inter altissimam orbis 387. & altissimā circuli 474. quæ est 87. debetur peculiari exorbitationi Mercurij. Hoc ἐπιχείρημα an abiciendum, an conciliandum cum ὑποθέτῳ forma motuum in  $\ddot{\Sigma}$ , an noua motuum ratio constituenda, considerent Artifices. Nec enim ita bene explorati sunt errores huius sideris, ut eius orbis correctione non egeat.

## CAPUT XVIII.

*De discordia προσταφαισέσων ex corporibus à Copernicanis in genere,  
& de Astronomiae subtilitate.*

**S**VPR A cap. XIII. & XV. cum aliqui propè falsitatis teneri viderer in indicio distantiarum, quas Copernicus diuersas ab his figuralibus prodidit: prouocauimus ad προσταφαισέσους ἀπογεύεται: neq; condemnationem deprecatus sum, si mea à Copernicanis aliquantum recederent. Atqui postquam sub finem X V. capituli arcus similes, προσταφαισέσου ex elongationibus à Sole, veluti testes coram hoc iudicio stiti: visi sunt illi contra me deponere. Nullus enim Planetary fuit, qui tributum à Copernico arcum retineret. Saturno ademi 4' 1. Ioui 6'. Marti apposui 3' 0. Veneri verò immane quantum dempsi 2 gr. 1' 8, & Mercurio 6' 1. Existimabunt igitur qui exactius omnia examinare volunt, quia non ad vnguem consentiat calculus corporum cum placitis Copernici, cumque eius numeris, omnem operam à meliusam esse. Quod nisi contràceptero, me apte